Ad augenda Fidelium Religionem et Animarum Salutem procurandam pia Charitas intenti ut Devotio 40. horarum continuata non autem nocti tempore in Ecclia N.ra sita, Unica N.ra instituatur, et hujusmodi Devotione durante S.mum Eucharistiæ Sacramentum in Altari majori publice Christi Fidelium adorationi in Monstrorio exponi, Missæ Sacrificia, et alia Divina Officia sub tempus ejusmodi expositionis celebrari possint, et valeant Authoritate Nra Ord.ria licentiam et facultatem concedimus atq impertimur præsen. Literis Nris pro hac sola vice valituris. Ita tamen ut durante expone.ne S.mi Eucharistiæ Sacramenti omnis decentia, et competentia luminarium adhibeatur. In quor. fidem &c.

Licentia

Licentia assumendi Habitus Eremitici.

Universis &c Significamus &c Actu Archo nro Diœcesis Vrœ volu[m]us fieri, quod precibus Devoti N. Amorea nro Nob. Colon, de Calatu nro. Terra nro Diœcesis N favorabiliter annuendo credit ut Nobis constare fecit probis Actionis, morib[us] imbuto, et bono spiritu serviendi Deo in solitudine dicta, et attenta obligatione per ipsu[m] facta in Actis Judicij Vri Delegati nro quod nobis ac Nostris Successoribus Vris atq; Actu Archo Nro nro obedientiâ et reverentiâ præstabit Habitu[m] Eremiticu[m] quê postulavit assumere et ut illu[m] deferre valeat Authte Nrâ Ordia concessimus ac Eremitorio ad Capellâ campestrem intra fines et limites Bonorio Oppidi nro in que commorari debeat assignavimus, ipsiq; serio injunximus ut Eccla Cli nro Diebus Dominicis et alijs de Præcepto Eccla festivis, Divinis Officijs et Doctrina Christiana interesit, nec à loco supra assignato ultra triduum sine licentia Archi Archoni absit, sub pœnis arbitrio ipsius infligendis, ac ut vitæ, morumq; honestate, pietate, bono exemplo, et Sacramentorum frequentatione se talem præbeat qualem decet Eremitan Religione plenu. Eundem proinde quatenus Præcepta nra observaverit, omnibus et singulis Xti fidelibus pro debita Eleemosina et subventione commendamus et Privilegijs quibus fruuntur et gaudent Eremitæ tam de jure, quâ consuetudine gaudere, debere declaramus, ac ad exhibendu[m] præsentiu[m] ante omnia Archi Archoni nro. sub nullitate comunde obligamus. In quorum &c.

Licentia introducendi Processionaliter Imagines Sanctorum nuperiter Canonizatorum.

Exponi nobis fecisti qualiter Sanctus Dnus Noster Papa N. felicis. tor Regnans Vicaria in terris potestate et Authte Beati Petri Sanctu[m] esse decrevit et definivit, ac Sanctorum Catalogo solemni ritu adscripsit, ut ex Literis Apcis desuper confectis coram Nobis exhibitis et per Nos Authte Nrâ Ordia admissis constitit. Quare cu[m] Solemnitate, seu Festivitate Canonizationis ejus de Sancto N in Ecla N. a primis Vesperis diei N mensis N anni N celebrare, ac Imagines dicti Sti N cu[m] solemni Processione dicta die N ex Ecclesia N, ad Ecclam N deferre et introducere intendat, Supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ad Majorem Dei Gloriâ, et Dnæ Ejus veneratione[m], dicti Sti Imagine[m] solemniter in Processione in assistentia

stentia Cleri Secularis, et Regularis, ac Populi deferendi, et introducendi, et durante Solemnitate, seu Festivitate per Octiduum Sme Eucharistie Sacram. in Monstrantorio in majori altari Ecclie, adhibita omnimoda reverentia et decentia, ac Luminarium competentia exponendi, et Divina celebrandi, Authore Nro Ord.a licentiam, alq facultatem, concedimus ac impertimur. Presentibus Literis Vris pro hac sola vice tantum valituris. In quor fe

Commenda Ecclie Pclis, aut Altaris.

= aut altaris in Ro.

Dilecto Nobis in Xto N Salutem in Dno. Ecclie Pclis N. fatis á pore Resignatione Rdi N illius immediati Possessoris vacantem, ne ob carentiam sui legitimi [illegible] Rectoris debita defraudetur obsequiis, Populus, jure Parochie eidem subjectus commodis spiritibus, et [illegible] Sacramentorum administratione destituatur, si altaris Vacantia similiter, si legitimi Possessoris, ne mens Fundatorum in absolvendis defraudetur obligationibus, nec temporalia illius aliquod detrimentum patiantur Tibi de cujus prudentia et in agendis dexteritate confidimus, committendo, et commendando damus esse decimus, utiquidem revocando quamcumq Commendam si et inquantum ab aliquo Off.o Nro, in Persona cujuscumq Rectoris emanata, tam in spiritibus, quam temporalibus rebus committimus et commendamus per presentes, ad Canonicam futuri Parochi Institutionem, et introductionem valituras. Hortantes Te salubriter in Dno quatenus in hoc Officio te vigilem et operosum exhibeas, et de Animabus cure Tue commissis Deo Omnipotenti, de Proventibus vero Nobis, aut cui de jure Strictam possis reddere rationem.

Dantes Tibi facultatem quatenus sive per Te, sive per alium pore Te substituendum Presbyterum presentes Commendam valeas exercere, ac exequi. In quor fidem &c

Facultas Altaria diruendi Onera vero illorum alio transferendi

Universis et Singulis &c Cum Nobis Ad.s Rndus N Pclis incuratus exposuerit, quod multitudo altarium antiqua Structura in Ecla prefata reperibilium, aliquorum jam putrefactorum, non modo eandem ardtam reddit, verum etiam deformat

mat; Quinde supplicationibus super ea facti inclinati, rationibus expositis permoti, prefato Curato Eccl.is hanc materialem Ad. parare, in quibus opus reformare, et adornare volenti, quatenus Altaria minus necessaria, nempe N.N., exemptis ad omni reverentia SS. Reliquiis dirui, tolli, et aboliri facere, nec non Sacristiæ Confraternitatis N.N. ad sua Supellectili, Inventarijs descripta, ac Summis pro ea conservanda ingruentibus ordinatis, et reperibilibus, ad eamq. spectantibus Majori Sacristiæ unire, illa pariter abolire seu reformare possit, et valeat Authoritate Nra Ordria plena damus, et concedimus facultatem, ac Fundationes, et Obligationes nonnullis supprimendorum ac diruendorum Altarium adnexas, Altari majori applicamus ac ~~diruendorum~~ ac illud transferimus, et ibidem ad mentem Fundatorum in post absolvendas fore declaramus. In quor fidem. &c.

Prolongatio temporis Labronis ad presentandum.

Universis &c. significamus vere legitimis Eccl.is Ecclesiæ N.N. mortem Andr N.N. immediati sui Collatoris ad presens vacantis, et per Obitum N.N. Curati N.N. commendatum et administratum Labrum significamus, et ad notitiam indubitatam deducimus. Cum fabrica Eccl.is dictæ Ecclesiæ de nuovo edificanda cepta continuatio sit omnimodo necessaria, nec commodius quod stante tempore moderno vacationis Administrationi et Commendæ continuari valeat, ad quod in tam brevi tempore quale est ad Labrum de jure præfixum perfici nequeat, proinde illud ad Obitum continuandæ hujusmodi fabricæ Authoritate Nra Ordria prorogandum esse duximus, ut quod adejus consumationem, et ulteriorem Officii Nri determinationem prorogamus per presentes, quarum Copias ad id effectum ut id innotescat, et ad notitiam quorum interesse deveniat, valvis ejusdem Ecclesiæ affigi mandamus. In quor fidem &c.

Revocatio Subdelegationis emanatæ in Causa Matrim.

Universis &c. Cum Delegatio Causæ respectu nullitatis matrimonij inter N.N. Dioecesanos Nros ex ratione Defectus affinitatis proprii. Parochi clandestinè contracti, jam alias in Curia Nra Spali N.N. ex Instantia N.N. Parentis, tunc Instigatoris Officii Nri in contumaciam Citatos pretensorum Spon-

sorum

sorte, ad cujus notitiam fuerat ultimo tunc temporis perventum, ad quam competitus esset eosdem Varsovia reperiri, demum prout de jure judicando a nobis sub die N. in Personas Illmi & Rmi N. unius eorum in solidum emanata, ob brevem in ibi Partium commorationem nullum sortita sit effectum, cum una Pars videlicet Nata N. ad praesens huc Cracoviam se contulerit, & Decreto contrij Rmi Judicis pro nullitate Matrimonij lato per factas ex nomine Dotalitationes adhaerit, ac se etiam ex Persona sui in eodem Judicio Contrij Rmi contra Nata N. actoria declaraverit; Exinde Delegationem praefatam ex causa cessante motivi nempe cessantis commorationis Partium ibidem per se cessante, et evanescente revocandam et circumducendam esse duximus, ut quidem Authoritate Nra Ordria tum eandem Subdelegationem, qua omnia, virtute illius secuta revocamus, circumduimus, pro non emanata, et non subsecuta declaramus, ac Causam praedictam Matrimonialem Juridicionis Nrae Ordria respective Contrio Rmo Judici Cracoviensi ubi jam inchoata est restituimus, et remittimus, in eodem servatis prout de jure servandis committendam, prosequendam, et definitive terminandam; In quor fidem &c.

Facultas transferendi munia Parochialia ex Aula ad Hospitale ob periculum collabentis Ecclesiae.

Capellanus &c. Dilecto nobis in Xto Patri Rndo N. Parochi in N. Curato, Salutem in Dno. Expositum nobis est, qualiter Aula praefata N. lignea antiqua, ob temporis vetustate lapsui, et ultimae ruinae sit subjecta adeo, ut in illa sine periculo celebrare, et Divina Officia peragere non possit. Exinde Nos providendo commoditati Parochianorum dictae ejusdem Aulae, quinimo omni ambe periculo, ne per lapsu ejusdem casus infelix subsequatur quantum in Dno possumus providere cupientes, petitionig Suae in premissis ad Nos factae benigne annuendo facultatem petitionis exprimatae &c

Absolutio ab Irregularitate occulta.

Exponi nobis fecisti, quod Tu ad instantiam N. de et super ex N. seu alias quomodolibet ad Judicium Nrum Citatus, et Censuris Ecclesiasticis sub die N. mens N. et Anni N. legitime intimatis inno-

datus

dalus existens, post lapsu terminj in Literis monitorialibus, et declarationis prefixi ex inadvertentia non tamen in contemptu Censurarum et Cultus Dei Sacrificiu Missæ celebraveris, et Nris Presbyteratus Ord= exercueris, quia vero exinde ob violentã Censuræ Irregularitatẽ ~~contraxisti~~ incurristi, ideo Nobis humiliter supplicasti, qualenus Tibi in premissis de opportuno Juris remedio providere, et super Irregularitate contracta dispensare gratiose dignaremur. Nos supplicationibus tuis benigne annuere, Dispositioni Sti Conc: Trid. Sess. 24. de Reform. Cap: 6. inhærentes, Tecum super premissa Irregularitate occulta non dum ad forum contentiosum deducta, ita ut in Ministerio Altaris deservire, Sacrificiu Missæ celebrare et alios SS. Ordines exercere libere et licite possis, ac valeas gratiose dispensamus, omnemq; maculã Irregularitatis contractæ abolemus, salvo negotio principalis causæ supra descriptæ Parti autoreæ reservato. In quor fidem &c.

Commissio ad absolvend Defunctu ab Excomne.

Expositu Nobis est qualiter olim Infœus nr. Censuris Excommis in causa occasione mre. mediante Decreto Judicii Curiæ Vræ die N. mens. nr. annô nr. lato fulminatis, et per Edictas publicatis immodatus existens, non obtenta sui Absolutione ex hac vita decessit, Quare Nobis ex Parte Infœus dicti Defuncti Successorum supplicatu est, qualenus Ipsi de beneficio absolutionis providere dignaremur. Nos supplicationibus hujusmodi inclinati idem negotiu Absolutionis D.V. committendum esse duximus, tẽ quidem committimus per presentes. Requirendo qualenus D.Vra Corpus Defuncti adeat, idemq; à Censuris Excommis tã in predicta causa, quã quibuscunq; aliis in Judicio Curiæ Vræ motis, et agitatis, si, et inquantum ea Infœus aujuscunq; immodatus prefatus Infœus nr. existit, pravia nihilominus in omnibus causis, et negotijs ratione quarũ, et quor hujmdi Censurus in Judicio Vro immodatus esset, tõtali per dictos ejus Successores satisfactione adhibitis Cæremonijs in Rituali Romano et Libris Ascetor descriptis authore Vro Ord=a absolvat, taliterq; absolutus esse, à tergo presen exprimat, ac Capulo pro Funere Defuncti congregato denunciet, sivè denunciari faciat. Volumus autem ut presen Litteræ Vræ, una cum adnotanda à tergo ipsarũ absolutione circa Librũ Mortuorum

illius

illius Ecclesiæ in qua dictus corpus sepelietur, conservetur &c.

Facultas Dispensandi in Impedimentis Matrimonii occultis in Foro Conscientiæ.

Vigore Facultatis Apostolicæ nobis Delegatarum Ad. Rndo Dno Decano &c, et alijs Presbyteris per Dnos ejus alias qui ad excipiendas Illius Fidelium Confessiones per Sedem Apostolicam sunt approbati existunt &c eligere, et designare in impedimentis occultis matrimonium dirimentes, videlicet in Impedimentis Affinitatis ex Copula illicita ad secundum inclusivè, ex copula verò licita tam ejusd Affinitatis, quæ Consanguinitatis ad 4tum pariter inclusivè gradus, nec non in Impedimentis Criminis etiam utroq in vitæ machinante, in Foro Conscientiæ tantum seu in ipso actu Sacramentalis Confessionis, et non alias nec aliter, adhibita in præmissis omni solertia, ac prudenti Judicio in quo Conscientiæ Suæ oneramus, dein super petendo, et reddendo amisso debito ad Pœnitentibus dispensare, eisdemq a quibuscumq Excommunionis Sententijs, Censuris, et pœnis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerint, injuncta ipsis pro modo culpæ pœnitentia salutari absolvere, plena damus, et impertimur facultate præsen Literis Nris hic ad decursum —— valituris. In quor.

Dispensatio super amisso Debito in Foro externo.

Dilecto Nobis in Xto Nro Parocho Salutem in Dno, Significamus et ad notitiam indubitatam deducimus. Expositum Nobis fuisse pro parte Laboriosæ Nræ Conjugum dictæ Ecclesiæ Suæ Parochianorum, devotorum Oratorum, Qualiter mentionata Agnes Conjux jus petendi debitum Matrimoniale &c ex eo, quod Infantem ex præfato Nro Marito suo, ex illicita copula jam Stante præsenti Contractu Matrimoniali suscepit de Sto Baptismatis Fonte levaverit &c amisit. Quare Nobis humiliter supplicatum fuit, ut Ipsis in præmissis de opportuno Juris remedio providere dignaremur. Nos supplicationibus Hujusmodi inclinati, attento potissimum ex quod dicti Oratores pœnam pro tanto Crimine sibi per Curiam inflictam luxerunt, inhærendo Facultatibus Nobis à Sta Sede Apostolica de Data Romæ &c Nro. Anno Nro ad quinquennium gratiosè indultis, &c prorogatis, de tenore tales —— " —— Dispensandi super Impedimento

Criminis

Criminis neutro tamen conjugio machinante, ac restituendi jus petendi debitum amissum = Authte Aplica nobis sicut præmittitur Delegata eosdem Mm. et eor quemlibet à quibusvis Excommunicationis Sententijs, censuris, et panis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerint, injuncta ipsis pro modo culpæ pœnitentia salutari absolventes, et absolutos fore censentes, ac ijsdem Devotis Oratoribus ac Catholicis pauperibus, labore et industria suis victum quærentibus, seu potius ac prædicta M. super præmisso impedimento amissi juris debiti petendi gratiose dispensamus, eandemq; M. ac ibem jus petendi debitum Matrimoniale per Casum supra expressum amissum, rejpsum reddimus, et restituimus. In quor fidem

Faultales RR. Missionarijs dari solita.

Universo Clero Curas animarum habenti Diœcesis Nræ Cracovien: Nobis in Xto Dilecto Salutem in Dno. Ad commodiora ac Fidelium saluti præstanda remedia, Pastoralis sollicitudinis cura adhibere cupien Prædis Sacerdotibus Congregationis Missionis Domus M. nunc, et pro tempore existens per Prædum Superiorem deijgnandis in Missionibus per Oppida, Villas Diœcesis Nræ Rudimenta Fidei, Doctrinamq; Xtianam docendi Verbi Dei prædicandi, Confessiones virorumq; Sexûs Fidelium [illegible] non tamen Monialium audiendi, eosq; à Lecalis, et delictis eor, quæ ipsis Corde contrito Confessi fuerint, etiam à Casibus Sedi Aplicæ [illegible] prout ipsis annexum ab eadem Sede dignoscitur: [illegible] et Ordis tam de Jure communi, quã consuetudine, et Nobis specialiter reservatis seu reservandis, injuncta ipsis pro modulo culpæ pœnitentia salutari absolvendi, absolutionisq; Beneficium in Foro conscientiæ impertiendi. Indulgentias à Sede Aplica concessas publicandi, Sme Eucharistiæ Sacramentum singulis diebus in Actu Missionis tantum exponendi, et ad eod Smo Sacramento Processionem quolibet die intra Cemeterium faciendi, et unam tantum publicam, sive Solemnem in fine Missionis, per Plateas, seu Campos: Super Impedimentis Matrimonialibus occultis in Contractis, excepto Impedimento Criminis altero, vel utroq; machinante, in Casibus, in quibus Authte Ordis Dispensare de jure possumus pro Foro Conscientiæ Dispensandi, ad effectum, ut Pœnitentes non obstante Impedimento Matrimonium de novo inire se secum ad evitanda

da scandala

da scandala renovate consensu contrahere, et in ea postmodum ob-
manere licite possint, Personas vagas sub specie Matrimonij
in Concubinatu occulto viventes, in Matrimonium conjungendi, ubi
non obstat aliquod Canonicum Impedimentum: et in predicto casu
Denunciationes omittendi, Nomina tamen et Cognomina Con-
trahentium caute, et circumspecte Libro Copulatorum inscribantur, ut
Matrimonium probari constet, Concubinatus autem divulgari non con-
tingat; Item Dispensandi cum Conjugibus, in Impedimento peten-
di ~~xxxxxxxxxxxx~~ postquam alterutra Stante Matrimonio peccave-
rit cum Consanguinea sua Compartis in primo, vel secundo Gradu
Authore Nro Cro Mro licentiam, et facultatem concedimus, atq;
impertimur. Insuper ijsdem RR. Sacerdotibus, communicamus
Facultates nobis a Sa Sede Aplica concessas, dispensandi, et
commutandi Vota Simplicia in alia pia opera; exceptis Vo-
tis Castitatis perpetuæ, et Religionis, dispensandi in Jura-
mentis, in Irregularitatibus ex Delicto occulto proveniens, excepta
ea, que ex homicidio voluntario contrahitur. Benedicendi
Paramenta, et alia utensilia ad Sacrificium Missæ necessaria,
ubi non intervenit Sa Unctio presentibus Literis Nris hinc
ad decursum —— valituris, ac præterea majoribus Xti Fidelium
salutis commodis providendo, ijsdem omnibus Facultatibus etiam
extra Missionem in foro Conscientiæ favore Quorumcunq; alen-
di a Rmis Superiorum Nr. tribus q qualificatis Presbyteris ejusd Do-
mus per ipsum designandis potestatem elargimur. Quocirca Uni-
versis Cleris Diœcesis Nræ Curam gerentibus mandamus, et
in virtute Sæ Obedientiæ districte præcipimus, quatenus pre-
dictos RR. Sacerdotes Congrnis Missionis Domus Nr. ad supra-
scripta omnia exercenda suis in Ecclesijs dum et postquam ab
illis requisitus fuerit peramanter recipiat, et Populum convo-
cari curet. In quor fidem &c.

Constitutio Examinatorum pro Urbe Lublinen.

Universis &c significamus. Expositum nobis esse quod Examina Ordi-
nandorum, Approbandorumq; Lublini non ad ea solemnitate, et rigore
peragantur prout Sti Canones præscribunt, ex quo non habeantur
ibi constituti per nos Examinatores. Nos idcirco pro debito Pastora-

lis Officij

tis Officiis congruū et opportunū in premissis remediū adferre volentes, sicentiq; probè quantus interest Diœcesi Nrae, ac Viri Ecclesiastici in scientijs continuo se exercecant, quod fieri haud potest, si non seriò non rigoroso, si non Doctorū solide Examinatorū examini subijciantur, faciendū esse duximus, præsentibus Literis Nris Personas Nobis commendatas ad prædictū Examinatorū Officiū deputare, prout quidē alias Venerabilem Archidiaconū Nrū Lublinen: qui natus est Examinator: deputamus, videlicet ex Clero Illres Dnus. ex Congregatione vero Missionis Rdus Superiorē, et duos Professores Theologiæ Seminarii Nri Lublinen. Ut verò pro constitutos modo premisso Examinatores ordinate, prout convenit Examina instituantur, præscribimus observandū, quod dū, et quandū Examen Ordinandorū faciendū erit, Venerabilis Archidiaconus, aut eo absente. Primus Scholasticus ei præsideat, Examinatores verò hujusmodi Examini quatuor omnino intersint, videlicet ex Clero duo, ex Congregatione Missionis duo, et à minore quā quatuor ultra Præsidentē Examinatorum numero peractū Examen Ordinandorū illegale pronuntiamus, et taliter Examinatos, pro non examinatis haberi volumus, nec Ordinari licitè posse, sive Seculares, sivè Regulares sint pronuntiamus. In ordine verò ad obtinendā pro excipiendis Confessionibus Approbationem mandamus quatenus reverendes Presbyteri utriusq; Cleri in Seminario Nro Congregationis Missionis per Professores Theologiæ duos, aut si fieri non poterit, unū, et non alibi examinentur. Declaramusq; Dnus Nrus Lublinen non debere Approbandos Presbyteros alio, quā pro subeundo Examine, quā ad Seminarium præfatū mittere, alq; vigore Testimoniorū inde reportatorum Approbationes concedere. Obstringimusq; in Conscientia omnes supradictos Examinatores, ut servato debito rigore examinent, Testimonium omni humana affectione postposita subscribant, considerentq; se Deo, et Nobis responsuros, si aliquis in præmissis culpa eor defectus acciderit. Porro ut præsentes omnibus innotescant mandamus eas in Cancellaria Curiæ Lublinen debitè publicari, alq; ad decursum ann. easdē durare. In quor fidē. &c.

Indictio Electionis Abbatissæ

Przewielebney, Cześciebnym w Bogu Przełożonym, Komysyiarzom,

y całemu

y całemu Zgromadzeniu klasztoru naszego MM. Zdrowie y
Łaskę Błogosławieństwo. Gdy podobało się Nayuyższemu
nie dawno wezwać do wieczności Nay przewielebnieyszą M. tego
klasztoru, y Reguły Xienią, chcąc z Łaski swoiey czułość ob-
myślić aby na Jey mieysce zdolna do Rządzenia podług Praw
Duchownych, y Reguł Zakonnych wybrana była, Elekcyą
nowey Xieni na dzień IV. przyszłego miesiąca n. złożyć
y naznaczyć umyśliliśmy, iakoż pilnieyszym obwieszczeniem
składamy, y naznaczamy, która to Elekcya aby z powagą
władzy naszey Łaskawiey iak należy odprawiona była, do
przyglądowania Jey na mieyscu naszym W. Jm. X. MM. tegoż
klasztoru Komissarza, y z drugiey Prałatu, lub kanonika
katedry naszey, ktorego sobie wspomniony W. Jm. X. M. do
tey pracy upatrzy, y przybierze, deputuiemy, y naznaczamy,
daiąc Im moc Zupełną wspomnioną Elekcyą odprawić, y aby
się wszystko podług kanonow, y Przepisow Reguł na tey
Elekcyi działo, oraz aby nastąpiwszy Rządzenia Xieni
wybrana była zupełnie zdolna, z Cnot, y przymiotow zalece-
na, dopilnować, y do tego wszelkiey władzy ~~Duchow~~ nasza-
my y Służącey użyć zalecaiąc, y rozkazuiąc wspomnionemu
Zgromadzeniu, aby w Duchu zakonnym do tey Elekcyi przy-
stępowały, aby od wszelkich intryg, sprzyjań Oyczystych da-
lekie, samym tylko sumieniem y pożytkiem klasztoru kie-
rowane, taka obrać Rządzenia starały się, ktoraby Świątob-
wością y przymiotami ozdobiona, tudzież ten iak naychwal-
bniey, y iak naypożyteczniey sprawowała. ktore to obwieszcze-
nie dla wiadomości wszystkich w kapitularzu Zgromadzony-
Zakonnicom przeczytać, y przy Aktach Zakonnych konserwo-
wać rozkazuiemy. Dan w Grale. 9bris

Diploma pro munere Regentis Cancell.ae

Episcopali muneri, ad quod Superne Providentiae dispositio
imbecillitati nrae devavit, quando quidem Cassonis, et Judicis mu-
nia ex Salvatoris instituto inseparabiliter inhaerent, partim no-
strae esse intelligimus continua navare attendentiae, et Off.o

Curiae

Curie Nrae per idoneos examinatos Viros; Cum igitur Te multiplicater ex scientia Juris, morum probitate, solertia, ac rerum Forensium, et negotior Cancellae usu et praxi commendatis habeamus, Regentes Cancellae Offii Nrae Curiae Te constituend esse duximus, prout presen constituimus, cui omnibus emolumentis, Provisionibus, et obventionibus, Regentis muneri de jure, et consuetudine competen, dantes Tibi omnimodam potestatem ad ea omnia faciend, geren, et exequendi, quae eidem muneri de usu, rei pta praxi, et Ordinationibus Cancellae Nrae per Nos conditis, et condendis incumbunt, admonentes Te, ut in eo adimplendo sedulus, solertem, vigilem, diligentem, fidelem, et laboriosum Te exhibere studeas, presen, ad arbitrium Nrum valituris. In quor.

Litera Cassus.

Universis et singulis quos interest, aut quomodolibet interesse poterit, cui ultima Obsequia Nra exhibitione significamus. Cum alte Presbyter impiamis in Italia causa Studiorum continuandorum proficisci in animum induxerit, opportunumq; adeptus ab Offio Nro Ordrio Vacantem expetierit, presentes Litteras Cassus, Testimoniales, et Commendatitias Te impertiendas duximus, quibus ipsum talem prout supra Canum alte Presbyterum, nullis Censuris, aut Impedimentis Canonicis ligatum, ideoq; ad celebranda Missae Sacrificia, ubivis locor, et Gentium esse admissibilem, percrebuit ex Colonia, ex loco Aurae salubris, nulla contagione infecto significamus, et testatum facimus. Eundemq; Nr Omnibus et singulis quorvis Locor, Terrarum, Provinciarum, Districtuum, Clarissimis Superioribus tam Ecclesiasticis, quam Secularibus quacunq; Dignitate, Preeminentia, et Titulo fulgentibus existit, et specialius commendatum commendatum haberi volumus, quatenus illum itinerantem, euntem, et redeuntem omnibus gratiae, favoris, charitatis, et opportunae in casibus assistentiae officiis prosequantur, a Deo O.M. condigna mercedem, ab Offio vero Nro similia opera ad suas commendationes recipturi. In quor.

Matrihabitis inscriptae Provisionis Obligatoriae Regio Tabulario sale.

Cajetanus &c.

Universis et singulis significamus. Quia nos suprascriptae Provisionis obligatoriae ad Fidei Ecclesiae Nrae Dioecesis per A.R. Nr illius Curatum

illius Curatiæ favore Regni N. Ord. N. Presbyteri, supere sui Secularizatione Rescriptus S.ae Pœnitentiariæ Aplicæ habentis, in vim tituli Canonicii et modici vitæ in habitu Cleric. Secularis sustentandæ cum Actis Curiæ nris. nro die &c. ex justa tenore Constitt. Diœcesis nræ inscripta, Authoe nra Ord.ia approbamus, hujusmodi Provisionē pro titulo Canonicæ ad supra Presbyteru N. suffragari declaramus, ac Eundem, inter Cleric. Secularis Diœcesis nræ admittimus et adnumeramus. In quor fidē &c.

Deputatio ad Præsidendū Electioni Provinc.

Veritati nre uti, et tanquā Conventūs m. Virginis Deodicatæ Ord.is P.ri N. Regulæ S.ae Clarae pro Nra constituto Cōmissario Salutem. Imminente tempore triennali quo j Statuta Regulæ supradicti Conventūs munus Provinciatūs, seu Superioratūs Deodicato V.ri moderne Provinciæ expirat, pro sollicitudine Pastorali, providere cupientes ut idē munus, aut in eadem a Deo gestū confirmetur, aut alteri alibunde pariter digne pro Electionem ad mentē SS. Canonū, et Statuta Ord.is, ad hujusmodi servatā consuetudinē peragendā conferatur, majoribus dictorū regulis, D.V.ae pro posse committimus, ut termino dictæ Electioni adveniente, horis bene visis, ad Crates, seu Colloquium, aut etiā ad Refectoriū, vel locū Capitularē dictarū Monialiū, Conventūs supradicti N. se conferens Electioni per Eas instituendæ præsideat, Vota eligentiū secreta recipiat, cæteraq omnia ac Prescripta SS. Canonū, Concill. Tridentin. et Regulæ Ord.is circa hujusmodi actus peragi solita, peragat, et exequatur; illaq legitima Provinciā, in quā plurium suffragia convenerint, si secundū Deū, et conscientiā virtutibus præfulgens, dotibus ornata, Regimini tā Spūli, quā Seculari, ac omnino Muneri huic apta videbitur, declaret, Eandemq a tota Conventu, et quibus de jure, recognosci faciat, alias ad Nos recurri fieri volumus. Mandantes &c. ut in Electione Spūli Mis Cancor Regular.

Commissio Indagandi de Consanguinitate.

Illi D.o m. Noverit D.L. expositū Nobis fuisse nomine et pro parte Mis.ae m. Parochianæ, quod Spūs Sanctus Matrimonij Fœd

rij. Fedus inter se contrahere intendentes, accessoria, et preparatoria quædam, non sine impensis fecerant, sed sparso quòd de consanguinitate, aliâs inter eos, in gradu prohibito intercedente, dictæ Nuptiales, et Solemnisationem Sacramenti eo fine distulerant, et supplicationibus illor annuen. opportunè Ipsis in præmissis consulere dignaremur. Verùm ne hujusmodi incerti rumores, intentionem, et desiderium Illorum hac in parte impediant, aut differant, D.T. committendæ esse duximus, ut quidem committimus per præsentes, quatenus sparsim hujusmodi rumores Consanguinitatis verificando: Genealogiâ ipsor, tam ex Documentis Authenticis, utpote Literis Matricis, et alijs educat, qua de Consanguinitate illorum, distantiaq; gradus illius ex ipsis Documentis, aut Testibus vel grauis, etiam Consanguineis, et Affinibus utriusq; indaget, et inquirat, aliàs, omni meliori modo consanguinitatem, et Genealogiam illor, quoad hunc effm devenire, et diluci dare curet. Si q; Eos aliquo gradu ultra Dirimentes juncti esse compererit prò Declaratione ad Matrimonium contrahendum illud non obstare, ad nos taliq; si verò Dirimente ad invicem ligatos adverterit, pro Dispensatione à Nobis de jure obtinenda remittat, et ad eum effm, qualitatem Substantiæ utriusq; Exponentium, seu Proventus illor annuos, stabiles, et industriales probe propterea computando, reliquaq; in præmissis circumstantias indagando, pariter ex Documentis Legalibus, et Testimonijs indaget, liquidet, eosdem in quota ex conjecturis determinata, demptis expensis pro Conditionis, et Status utriusq; honestate necessarijs exprimat, aliaq; omnia, et singula ad negotium præmissum quæq; opportuna peracta, et in scriptis redacta, ad Cancellariam Nram pro finali in præmissis resolutione remittat, remittiq; faciat. Nos enim D.T. plenam ad ea omnia damus, et concedimus facultatem. In quor fidem &c.

Extensio Facultatis Officii Foranei ad Ejus Ecclesias extra Territorium sui Officialatus consistentes.

Cum illi a Nobis nuper cum congruum sit ut D.V. cui munus Officialatus nuper commissum, et concreditum est, in ijs etiam Ecclesijs quibus præest, licet in Territorio Officialatus non comprehensis aliqua jurisdictione polleat, proinde petitioni Ejus ad nos super eo facta annuen

annuen, eandē Jurisdictionē quā in Territorio supradicto Mm. multis ab annis laudabiliter exercet, ad Ecclesias Mm. extra idē Territoriū consistentes extendendo, quatenus per Diploma Apostolicū Mm sibi concessa tam in facultativis et gratiosis, quā in personalibus et correctivis quo ad Clerū tantū superadditarum Ecclesiarū haud sensus, ac in dicto Territorio comprahensa essent ati possit et valeat Authte nrā Ordia plenā damus, et concedimus facultatē presentibus hinc ad decennū qo valituris. In quor fidē &c.

Subdelegatio Absolutionis à Casone

Noverit D.V. presentatas nobis fuisse suprascriptas Literas Apticas Commissionis ad absolvend Generosū Mm. quā ad violentā manuū in Personā propriā Parochi injectionē incurrerat, ex Sa Pœnitentiaria emanatas in Personā Mā directas, quibus cū ea qua par erat reverentia receptis certā de expositis in eis notitiā non habentes D.V. per presens committimus, quatenus capta opportuna informatione Eundē exponentē vigore preinsertarū Literarū Sæ Pœnitentiariæ à predicta Excommne servatis juxta illarū tenorē prescriptis, injunctisq injungendis Authte Aptica Nobis in premissis concessa et Delegata, quā ad hunc effm D.Vnis in toto earū tenore per presens Subdelegamus, absolvat, communioni Sæ Matris Ecclæ restituat, &c.

non obstantibus quibuscunq, quā

Facultas celebrandi plures Missas in Capella privata

Universis et singulis &c. Quia nos Inscripta pro celebrando Missæ Sacrificio in Capella, loco Eremitorii Bti Joannis de Dulcia sub Parochia, ex Dulcien sit, data, quo mediante cautū est, ne plures Missæ, quā una tantū, in unoquoq die celebretur, ampliando; quatenus in Festo ejusdē Bti Joannis, ac die illius Octava, quibus major esse solet Populi concursus, sed illa die qua Processio in eadē Parochia ad eandem [illegible] Capellā pro adorando prefato Servo Dei peragitur plura etiam Missæ Sacrificia celebrari possint, plenā Authate Nrā Ordia damus, et concedimus facultatē hinc &c.

Commissio

Commissio indagandi de necessitate reparandæ Scholæ Infidelium Judæorum.

Alibus a Bndis nn. Noverint Dnes Vrae exposituæ nobis esse, quod Synagoga, seu Schola infidelium Judæor nn. ita vetustate desolata existat, ut lapsui, ac periculo quotidie minetur, emissasq. supplicationes pro iis nobis porrectas, ac præcipuè instantia Illmi nn. Oppidi n. Hæredis, ut dicta Synagoga de novo extrui, refici, reparariq permittere, et tolerare dignaremur, ea potissimum attento, quod super eandem plurimæ Summæ Capitales tam Ecclesiarum, quam Nobilium investitæ sint, à quibus census persolvuntur. Nos usitata in similibus praxi insistentes, antequam factis Nobis supplicationibus annuamus informationem per prius habere cupientes, scireq volentes, utrum exposita nobis, veritate nitantur, et nùm ijdem Infideles Judæi intra Orbitam Legis se contineant, ac permissa sibi tolerantia non abutantur? D.V.ris quarum fidei, prudentiæ, et in rebus gerendis dexteritati probatæ habemus, committendam esse duximus ut præmissa explorent, Nobisq fidelem informationem faciant, prout quidem præsentibus Literis committimus, requirentes, qualenus captato tempore, alias lunæ, quando ad id invitabuntur ad locum ubi dicta Synagoga consistit condescendant, longitudinem, latitudinem, altitudinemq ejus dimetiri faciant, desolationes considerent, nùm vero reædificationem, ampliationem, et quanta indigeat? sensim suum aperiant, quanto intervallo loci ab Ecclesijs, quanto à Domibus Catholicorum distet, et an clamores, et vociferationes inea per Judæos fieri solita ad Ecclesias, vel Domos Catholicas pertingant, adnotent, tum in loco qui D.V.ris magis commodus videbitur Incolas Catholicos dicti Oppidi, et Seniores Judæos coram se comparere faciant, sedulog examine perquirant, quod, et quales Summæ super recensitam Synagogæ locale habeantur, et an census ab ijs provenientes accurate persolvantur? ad quem effectum Quietantias produci jubeant, item Infideles Judæi Famulos Catholicos pro Anno, vel notabili parte Anni salariatos, ac etiam Obstetrices, Nutricesq Catholicos

cas non foveant? ubiq Exopinatione, Supellectile, et alias res suas certis temporibus superstitiose Catholicis ad rebocep-tione non vendant? ac eosd ad aliquas superstitiones, vel ad obsequia tempore Solemnitat suarum in Synagoga prestanda non adhibeant? ubiq eosd quandocq graviter non vexent? vulnerent? mutilent? ac in complicita-tem aliquor criminu non pertahant? Blasphemias con-tra Doctrina Xtiana, vel ejus quempiam Articulu, ubiq evo-mere non soleant? Crimen Infanticidii perpetrare ubiq ali-quando non presumpserunt? deinde ubiq Dies Domini-cas, et Festivos ad Populu celebres Cervisia coquendo, Cremalia distillando non violent? sub tempus Excessio-nis, vel quando Synu ad Exfimos deferitur, an estio Domos, et fenestras claudant, ac in foro non appareant? Solemnitates nupliarum suarum ubiq publice et temporibus prohibitis non celebrent? Cadavera mortuor ad pompa ac de die ad locu Sepulture non deferant? et an loci Se-pulture Custodes Catholicu non retineant? ubiq Arendas Villarum, Tabernarum, Signanter vero in Bonis Ecclesiasti-cis ad Jurisdictione super Christianos non possideant? an pro ea, quod loca Catholicorum occupaverint, juraq Stole diminuerint, aliquid Eulo prestent? Edicta Cel-sissimor Antecessor Nror se respicientia, ac Exscripta Re-gni ubiq non transgrediantur? demu an Privile-gia, aliaq a Celsissimis Antecedaneis Nris pro exstructi-one, vel reparatione Synagogæ concessa habeant? de qui-bus omnibus D. Vra per omnes circumstantias et omni probationis genere, adhibitis Testibu fide dignor deposi-tionibus, omnimoda investigatione faciant, omniaq, et singula visa, verificata cognita, et probata in Scriptu-ra redacta, una cu Copiis Privilegior, et Sanctionu, quæ, et quas ipsi Judæi habeant per D. Vram legalitan legalitandis, in occluso Rhotulo Nobis pro informatione remittant, ut ad ea procedere valeamus, quæ Juris-dictioni consona videbuntur. In quor fidem &c

Nb: Si petitio fuerit pro nova construenda, in loco signi apposito addantur

Sequantur

sequentia; posito in exordio Commissionis Instrumento motivo eg= qualiter Sy-
nagoga ipsor lignea non ita pridem igne consumpta sit ——
hor tandem ad apprimum signum superius = consistebat condescendant,
nisi revera igne consumpta sit explorent? quanta ejus fuerit
longitudo, latitudo, et altitudo, tam in parietibus, quam in
tecto, indagent, et comotet &c —— " —— ".

Facultas exstruendæ de novo Synagogæ Judæor —— "

Universis et singulis quor interest, aut quomodolibet interesse po-
terit, signanter verò Rdo Parocho nro. ad notitiam indubitatam
deduximus, Exparitum nobis est quod in præfato Oppido nro.
Celsissimi nri hæreditario moniter, et his fermè temporibus
ad insignem numerum incolarum ascendente, infideles Judæi
sat numerosi fuerunt incolatu, qui siquidem nullam adhuc ha-
beant Synagogam, pro faciendis more suo orandi causa conventi-
culis, devotiones suas contra præscriptum Legum in privatis
Domibus instituunt, suaq; vociferatione, clamoribus, et murmu-
re, Catholicos interturbant; instantiam idcirco per supradictum
Celsissimum Hæredem nobis facta esse, qualenus remo-
vendo ab oculis Fidelium superstitiosos, et rejectos Judai-
cos ritus, Synagogam seu Scholam de ligno in dicto Oppido ædi-
ficari ac tramites tolerantiæ permittere dignaremur, ut
unde poterit in locum prædicti Judæi congregentur, et multi-
plicatione conventiculorum aures, et oculos Catholicorum non of-
fendant, Nos probè scientes ipsa duo omninò conciliandæ es-
se, ut et Judæi in Villis, et Locis, suffragante sibi Legum Publi-
carum tolerantia subsistant, iidemq; sine gravi damno Loci ejus-
dem expelli haud possunt, et ut præludatur via omnibus ra-
tione subsistentiæ ecc abusibus, factis, nobis intuitu obtinendæ
in memorato Oppido Synagogæ supplicationibus annuendum
quidem, verum non ex nunc æquum judicavimus, ut enim de favo-
re Judæis ad Præscriptum tolerantiæ indulgendo agitur, congruum
est indagare utrum orbita Legum ac tolerantiæ non excedant, ac se
favoribus indignos non efficiant. Talem ideo de Judæis Oppidi nr.
informationem habere voluimus, Commissariosq; Nros, in locum
loci

loci deputari fecimus, qui examinarent, an expulsis nobis, veritate nitantur, ? et an infideles Judei intra prescriptos sibi cancellos se contineant ? Ex quo Comissariorum nostro actu, et fideli relatione quandoquidem informati sumus, narrata nobis quoad omnia verificari, necnon eos infideles Judaeos Scripta Lege non transgredi, idcirco inhaerendo tolerantiae quae Sacri Canones, et Leges Publicae erga eos habent, ut aliquando convertantur, et vivant, permittendo esse duximus, prout quidem pro hac vice duntaxat permittimus, ut memorati infideles Judei in supradicto Oppido N. Synagogam novam de ligno exstruere possint: in loco qui olim nuncupabatur per dictos Comissarios nostros revisto, nullatenus tamen eandem Synagogam longiorem, ampliorem, aut altiorem faciant, nisi quemadmodum per eosdem Comissarios nostros prescriptum est, videlicet ut in longitudine alnas 12., latitudine 9, altitudine paricter 11, in altitudine tecti, 7 duntaxat, et non amplius Synagoga exstruenda habeat. Quia vero Judaei in Oppidis incolatus et multiplicatio prolis alia damna quae ex eo Fideles sentiunt, Parochis Loci notabile detrimentum adfert, ex quo Judei loca Catholicorum occupando, reditus Stolae, et emolumenta Parochialia diminuunt: ideo uno eodemque praesenti contextu, mandamus infidelibus Judeis Oppidi recensiti N. quatenus a Rdo Parocho loci alba dationis cujuscumque generis, ac dona ex Decimalibus quae, et quod ad hanc diem ex usu sive quacumque obligatione offerre solebant insuper juxta sensum saepefatorum Comissariorum nostrorum pro dampnis eorum Primo anni currentis quolibet anno duo pondo, vulgo libbre cera flava lignati, unum videlicet circa Festum Epiphaniae, alterum circa Fm S.ti Joannis Baptistae perpetuis temporibus praestent. ✻ Ne autem hoc Consensu nostro ea mera tolerantia impertito iidem Infideles Judei in pejus abutantur, insistendo Sanctionibus Canonicis, Constitutionibus Synodalibus, et Legibus Regni ipsis prohibemus, et interdicimus, ne Famulos, et Obstetrices, nutrices que Catholicorum foveant, ne Propinationem, Supellectiles,

✻ ac extradant, praecipimus, et mandamus, ac praeterea quatenus nunc ante Scholae suae inchoationem fl. Rol. nn pro fabrica Ecclesiae N. admanus Supradicti ejusdem Curati, mediante Ejus quietatione a tergo pariter, et per adnotari exsolvant, et enumerent, disponimus, et ordinamus ex

et alias ves

et alias res suas certis temporibus superstitiose fidelibus
ad retroempticne vendant, ne eos ad aliquas superstitio-
nes, vel ad obsequia tempore Solemnitatis suarum in Synagoga
profanda adhibeant, in complicitate aliquor Criminum perpe-
rant, ne dies Dominicos et festos ad Copulas celebres Cerevi-
sia coquendo, Cremata distillando, fornices ad mercibus ven-
dibilibus aperiendo, Choreas exercendo, aut alijs operibus ser-
vilibus violent, ne sub tempus Processionis, et respective Pro-
cessionis Corporis Christi, et dum ad agros simul deferuntur,
in foro, et extra Domos appareant; et ne tunc ostia, et fene-
stras apertas habeant; ne Solemnitates Nuptiarum suarum
cum publicitate, et temporibus prohibitis celebrent; ne Cada-
vera mortuor ad pompa, ac de die deferant; ne loci Sepul-
turae custodem Catholicum relineant, ac denig; ne Prescripta
Canonum, Edicta Celsissimorum Antecessorum Nostrorum, aut
Leges Regni transgrediantur, et promissa omnia ut exacte
serventur a R.R. Parocho loci committimus, ac injungimus, ut sedulo in eo
navet attendendia, ac quasang; praefatorum transgressiones
pore infidelos Judaos attendendas, indilate Officio nro deferat,
ut rigore Juris temeritas coerceatur. In quor fidem &c.

Commissio indagan de necessitate dilatan loci Sepul-
turae infidelium Judaeorum mn. — u —

Illri et Adm Rndo Decano, sive Vice-decano mn. nobis in Xto
dilectis salutem in Dno. Noverit D.T. nomine et pro parte
infidelium Judaeorum mn. expositum nobis esse, qualiter lo-
cus Sepulturae illorum ex antiquo angustus, ita jam Cadave-
ribus repletus sit, ut ad presens morientes tumulari in eo vix pos-
sint, supplicatumq; nobis, qualenus dilatationem ejus in fundo
Civitatem ad hunc finem exemplo fieri, permittere dignare-
mur. Nos ante omnia de veritate nobis exposito informa-
ri volentes, uni e Vobis per presens committimus, qualenus
tempore commodo pore predictos infidelos Judaeos civitatis,
ad locum loci defendantur, locum dictum Sepulturae revideat, an
à parte rei illius dilatandae sit necessitas, examinet; an ab
Aula, et domibus Catholicorum longe distet, attendat; si revera

dilatationis

dilatationis adsit necessitas, ad quot ulnas ordinarias in lon-
gum, et latum necessario protendi deberet: consideret, alias
limites dilatationis faciendæ dimensuret, cæteraq; ita ex-
gentia negotij opportuna faciat, omniaq; exacte annotata
et descripta, in occluso Rotulo fidelis relationem
an præfati Judæi præscripta legum tam canonicarum, quã Re-
gni, ac etiã Edictor Diœcesanor non transgrediantur, super
quo indagatio fiat: sed nos Offm Curiæ nrãe pro resolutio-
ne an prædicto favore digni sint, remittant. In quor fidem

Commissio revidendi locũ pro Sepultura Judæorum Oppidi nrr. assignandum.

Silvi a Rndo Decano, vel Vice Decano Foraneo loci Nobis
in sto dilecto, Salutem in Dño. Noverit DV. expositum
Nobis fuisse ex parte infrã scriptor Oppidi nrr. quod
in eodem novitere, et his fermè temporibus die in signe nu-
merũ incolarũ ascendente infideles Judæi ibi numerosè fi-
xerint incolatũ, qui siquidem nullũ adusq; locũ in quo se-
pelirentur habeant, corpora tumulandorũ meliùs in alia
loca non sine gravi incomodo, et damno eor transportare
necesse sit illis, supplicatumq; Nobis, qualenus ipsis locum
sepulturæ circa idem Oppidũ concedere dignaremur. Nos
antequã hujusmodi supplicationibus annuamus, DV. com-
mittendũ esse duximus, prout quidem præsen committimus,
qualenus pres prædictos infideles Judæos Oppidi nrr. invita-
tos, ad locũ per nrãm Starediss indicandũ, et determi-
nandũ, per nos verè pro Sepultura eorum destinandum
et assignandũ ~~defendant~~ defendant, illiusq; Nomenclaturã, sitũ, positio-
nem, ab Ecla et Domibus Catholicor distantiã describat,
ad quot ulnas in longũ, latũ, necessario protendi deberet, con-
sideret, alias limites illius dimensuret, cæteraq; &c ut supra

Facultas ampliandi locũ Sepulturæ Judæor.

Universis, et singulis &c significatores autor A Rndo Capto loci si-
gnificamus, et ad notitiam indubitatam deduximus. Expo-
situm Nobis fuisse nomine et pro parte infidelium Ju-
dæorũ nrr. qualiter locus Sepulturæ illorũ, ex antiquo an-
gustus ita jam Cadaveribus repletus fuerit, ut morientes

tumulari

tumulari in eo vis poluisset, supplicatumq; nobis, quatenus dilatatione ejus in fundo Civitatem ad hunc finem fieri, permittere dignaremur. Nos de veritate nobis expositum informari volen, ante omnia hujusmodi loci Sepulturæ eor revisione, et de necessitate dilatationis ipsius investigatione, filii Decano, aut Vic Decano loci, uni eor in solidum commisimus, qua peracta, quumq; narrata veritate niti, ac per. filium Decanum loci dilatandi illius necessitatem adesse reperiss est, ideo dilatatione prefatam in loco vacuo antiquitus nunc. dicto, penes antiquum locum Sepulturæ d. Judæorum à Civitate, et Sala circitor octo, vel novem stadijs remotum in Villa nunc. Capitanea tus nr. situm, ad ortum Solis jacente, longitudinis a meridie ulnas ordinarias 37., à Septemtrione 210, latitudinis 45, continen ad hunc finem quæsito, et competo concedendam, eundemq; locum pro Sepultura tumulandorum Judæor amplian dum, assignandum, et determinandum esse duximus, prout quidem presen tamen alias pro nunc, quam in post assignamus, concedimus, et determinamus, dantes eisdem Judæis facultatem supra descriptum locum septimentis circumducendi, et circumdandi faciendi pro hac sola vice valituram. In quor fidem &c.

Facultas Transferendi Synagogam in alium locum, ex Aquendi Muratam.

Universis et singulis &c significamus, et ad notitiam indubitatam deducimus. Cum Nobis expositum sit ex parte Celsissimi ac Illmi nunc. Bonorum nri. Hæredis, quod in code Oppido Synagogam infidelium Judæorum inter domos Christianor consistentes non modo inconvenientia, et dedecus adfert, verumetiam pro vociferationes, et clamores eor auribus Christi fidelium perturbationem causare solet, petitumq; fuit, qualenus eandem, uti jam desolatam, in locum remotiorem extra Oppidum transferri et ob avertenda pericula incendii, aliasq; causas de nuvo novitus ædificari, ad locum pro Sepultura determinari permittere dignaremur. Nos petitioni hujusmodi Celsissimi Hæredis annuen, inhærendo tolerantiæ quæ ad mentem SS. Canonum, et præscripta Legum Regni iidem Infideles gaudent, attentoq; eo, quod super Synaga

ga

